



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Compendivm Summæ Card. Toleti

Minucius, Genesisius

Sammieli, 1613

Quo ordine facienda sit Eleemosyna & quanti sit meriti cap. 39. 40. & 41.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41701

*Quo ordine facienda est Eleemo-
syna, & quanti sit meriti.*

Cap. 39. 40. & 41.

IN grauiori necessitate posito
prius succurrendum, quã con-
sanguineo, communi, & graui
laboranti: ex quo patet quantum
Ecclesiastici peccent qui suos con-
sanguineos volunt ditare, cum sint
in Republica graues necessitates,
quibus prius satisfacere tenentur.
Æquali verò necessitate existente,
sibi prius ceteris paribus, deinde
suis, quam alienis, si tamen extra-
nea illa persona esset multum Rei-
pub, necessaria, ipse vero non item,
illi potius, quam sibi succurrere
deberet & vice versa, deinde pa-
rentibus potius quam filiis, tum
consanguineis propinquiorebus,
tertio illis quorum cura ipsi in-
cumbit: Quarto benefactoribus
Quinto amicis: Sexto notis: Vlti-

mo extraneis, quæ tamen omnia debent semper intelligi cæteris partibus, unde etiam in eodem ordine meliores, & utiliores reipublicæ proponendi sunt. Quod si quærat aliquis an quis in extrema necessitate constitutus sibi potius succurrere debeat, quam creditori eadem laboranti, de iis rebus quas illi debet: Respondendum, licet nemini liceat quavis necessitate laboranti, ab alio in eadem constituto, auferre id quod indiget ad subueniendum tali ac propriæ necessitati, posse tamen in casu proposito prius sibi succurrere, de illis rebus quam creditori, imo vero & suis parentibus, fratribus, ac quibuscunque aliis, in primo gradu cum ipso constitutis. Iam vero abundans debet esse eleemosyna, ut extreme, & grati necessitati sufficiat, nisi adessent multi qui vellent dare. In communi tamen satis est dare, partem ad subleuan-

dum indigentem, præcipuè si ali-
 simili modo tribuant. Eleemofy-
 narum fructus sunt tres : Meritum
 gratiæ, & gloriæ : satisfactio pro
 peccatis peccatorum remissorum;
 tam propriorum quam alienorū.
 Ac beneficiorum multorum im-
 petratio. Beati misericordes, quo-
 niam ipsi misericordiam conse-
 quentur. Matt. cap. 5.

*De sollicitudine, seu Inquietudi-
 ne mentis. Cap. 42. & 43.*

Sollicitudo est Avaritiæ filia,
 & est * vehemens applicatio
 mentis cum timore coniun-
 cta. De se nec bona est, nec mala,
 sed bona est quando est de re bo-
 na, nec aliunde vitiatur ex defectu
 alicuius circumstantiæ, mala verò quã-
 do est de mala, idque pro ratione
 malitiæ illius, vel quando deest il-
 li aliqua circumstantia, loci tẽpo-
 ris, &c. & maxime quãdo est de re